Fragmentarium

Frequentissime autem uerbo adheret.
ut trans nato. transeo. trans
uolat transit. transeo/. Vltra
cum prepositio est. accusatiuum semper
trahit casum. utriusque numeri.
singulariter dicere debes. ultra flumen.
pluraliter ultra flumina. ut illud.
ultra flumina ethiopie inde sup
plices mei. ponitur autem et pro aduer
bio. instituto. ponitur et pro loci aduer
bio. ponitur et pro amplius. pro insti
tuto. ut illud. Dominus regnabit in
eternum et ultra. pro semper pro loci. ut
illud. porro ultra te sunt sagitte.
pro amplius ut illud. quid est quod debuit
ultra facere uinee mee. et illud. non
uocaberis ultra derelicta. et non discent
ultra belligerari. Preter cum sit
accusatiui casus prepositio. ponitur
aliquotiens pro ablatiua. sine uel
pro excepto pro accusatiuo. ita. non
est deus preter dominum. pro ablatiuo ita.
similis factus est nobis. preter peccatum.
idest. sine uel excepto peccato.
Inter sub et super hoc distat. quod
super aliquotiens ad locum significat.
ut ascendit super celos deus deus.
Super locum tantum. ut statuit
super petram pedes meos. Vsque
prepositio. raro sine aliqua ponitur
prepositione. et aliquotiens loci. ali
quotiens uero temporis habet significationem.
loci ut illud. a mari usque ad ma
re. et a flumine usque ad termi
nos terre. temporis ut illud. descende
in egyptum et esto ibi usque dum di
cam tibi. Penes prepositio idem

semper significat quod et apud. ut illud.
tu fidem quam habes penes te habe.
idest apud te. De ablatiuis. VI.

Ablatiui casus
prepositiones. hoc modo casibus prepo
nuntur. A a domino factum est illud.
Ab ab ipso enim salutari meo. Abs
beatus uir cuius est auxilium abs te. et
illud. omnia que dedisti mihi abs te sunt
pro de te sunt. Cum quando aduer
bium est per .q. et duo .uu. scribendum
est. cum uero prepositio per .c. tantum.
ut illud. rapiemur in nubibus in
aera. et sic semper cum domino erimus.
Coram qui me confessus fuerit co
ram hominibus confitebor et ego eum
coram patre meo. qui est in celis. po
nitur autem et pro palam et pro manifeste
ut coram loquebatur et coram adsunt.
clam ponitur pro aduerbio occulte.
unde et clanculo. diminuendo di
riuatur. ponitur et pro prepositione.
casus ablatiui. ut clam custodibus
et clam uocatis magis. De de
celo auditum fecisti iudicium. E
iure. ius enim ciuitatis cuiusque priuata
intelligitur potestas. nos dicimus
e celo uenit nobis auxilium. Ex
ex prefectura. prefectura dicitur res.
officialis. a qua prefecti uocantur
romanorum. Nos autem cum apostolo di
cimus omnis enim pontifex ex hominibus
adsumptus. pro hominibus constituitur.
Pro cliente. cliens enim et seruus
intelligitur et amicus. nos uero cum
psalmista dicimus. pro patribus tuis
nati sunt tibi filii. Pre custodes

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.22, 2v – Smaragdus, Liber in partibus Donati; Versus de monachis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ev0h/5252/49862)